



**Cosmed**

Dalla stereotomia ai criteri antisismici: crocevia di sperimentazioni progettuali. Sicilia e Mediterraneo (XII-XVIII secolo)

**Sigla estensore**

A. Ar.

**Luogo**

Cefalù (Palermo)

**Cantiere**

Duomo di Cefalù

**data**

1473

**Committente**

Don Giovanni Gatto, vescovo di Cefalù

**Nome maestro**

Antonio da Como

**qualifica**

*magister*

**cittadinanza e/o provenienza**

Como

**Tipologia del documento**

Contratto di obbligazione

**data topica e cronica**

Palermo, 13 marzo 1473

**Segnatura**

Archivio di Stato di Palermo, *Notai defunti*, Giacomo Randisi, reg. 1155, c. 339r.

**Riferimento bibliografico**

Il documento è trascritto in G. DI MARZO, *I Gagini e la scultura in Sicilia nei secoli XV e XVI*, Palermo 1883, II, doc. n 1, pp. 1-3.

**Regesto**

Antonio da Como, figlio di maestro Ambrogio, si obbliga a Giovanni de Gatti, vescovo di Cefalù, per ultimare i lavori del portico del duomo, avviati dal padre.

**Note (eventuali)**



**Cosmed**

Dalla stereotomia ai criteri antisismici: crocevia di sperimentazioni progettuali. Sicilia e Mediterraneo (XII-XVIII secolo)

## Trascrizione

Anthonius de Como, filius et heres universalis, ut dixit, condam magistri Ambrosii de Como, coram nobis presens, animo et intencione sibi protestandi et jus suum et in futurum conservandi adversus et contra reverendissimum in Cristo patrem et dominum Johannem de Gactis, episcopum cefaludensem, exposuit dicens: Quod olim XII madii V.e indictionis proxime preterite, existente dicta civitate et ecclesia Cefaludi absque episcopo et propter mortem episcopi preteriti, dictus magister Ambroxius, sede vacante, obligavit se et operas sue persone venerabili fratri Johanni Passaflumi, procuratori et capitulum representanti dicte majoris ecclesie cefaludensis, cum interventu juratorum dicte civitatis Cefaludi et etiam intervenientibus nonnullis civibus eiusdem civitatis, ad faciendum, fabricandum, murandum, intaglandum portuale seu hospitium dicte majoris ecclesie, existens in porta majori dicte ecclesie, videlicet pro dicta faciendo de suo magisterio sub certis modo et forma arcum, certis pactis et conditionibus lacius contentis et demonstratis in publico contractu celebrato manu notarii Pauli de Passaflumine die XII madii preteriti, pro precio et integro pagamento unciarum LXXXXV, solvendarum eidem magistro Ambroxio per dictum procuratorem et capitulum de redditibus et introitibus dicte majoris ecclesie in certis modis et terminis in dicto contractu contentis. Celebratoque ditto contractu, dictus magister Ambroxius incepit dictum opus construere et construi facere et de eodem fecit et fabricavit bonam partem et difficiliorem. Rebusque sic stantibus, dictus magister Ambroxius in prosequione dicti operis in eodem opere mortuus et defunctus fuit, relicto et succedente et succedere volente dicto Anthonio, eius filio. Quo mortuo, dictus reverendus dominus episcopus fuit locutus cum dicto Anthonio super prosequione et expedicione dicti operis, et demum fuerunt concordēs, videlicet quod dictus dominus episcopus promisit et se obligavit dicto Anthonio, tamquam heredi dicti quondam magistri Ambroxii eius patris, dare et solvere uncias decem in urbe Panormi, ex quibus unciis decem ipse Anthonius debebat conducere magistros fabricatores et operarios et per eosdem debebat prosequi et compleri facere opus predictum, et sub huiusmodi accordio remanserunt. Noviter autem, et existente ipso domino episcopo in dicta urbe Panormi, dictus Anthonius, volens prosequi facere et complere opus predictum, pluries requisivit dittum reverendum dominum episcopum, ut deberet sibi dare et solvere dictas uncias decem, juxta formam ditte eorura convencionis; dictusque dominus episcopus easdem uncias decem minime sibi dare et solvere voluit nec vult, et quorum pejus est, ut idem Anthonius percepit et intellexit, dictus dominus episcopus intendit dictum opus consequendum et complendum dare alteri magistro fabricatori in grave damnum, prejudicium et interesse eiusdem Anthonii. Qua de re ipse Anthonius, volens facta sua cautius agere, tenore presentis intimavit et intimat dicto reverendo domino episcopo, presenti et audienti, quod ipse Anthonius, tamquam heres prefati magistri Ambroxii, omni modo intendit et vult dictum opus prosequi, finiri et compleri facere eis modo et forma prout obligatus erat dictus magister Ambroxius, eius pater; et propterea requisivit et requirit eundem dominum episcopum, presentem et audientem, quatenus nullo modo debeat dictum opus dare alteri magistro, sed debeat ipsi Anthonio dare et solvere dictas uncias decem, per cimi ut supra promissas juxta dictam eorum conventionem, ut possit magistros et operarios conducere et opus predictum prosequi, compleri et expediri facere: alias protestatur, sibi ipse Anthonius contra prefatum dominum episcopum, presentem et audientem, de omnibus damnis, interesse et expensis incursis et incurrendis, constituendo eum in dolo, mora et culpa.